112

IESVS MARIA.

IVRIS ALLEGATIO IN DEFENSIONEM VOTI

PER ASSESSORES, ET ADVOCATVM FISCALEM Generalis Cathaloniæ, & alios Doctores redditi pro prætensione Principatus circa exactionem iuris Coronagij.

CVM publicata de anno 1622. in hoc Principatu essent edicta Regia, quibus ius coronagij, de quo agitur *in tit. de coronati. & maridag. in 1. & 2. vol constitu.* solui iubebatur ab omnibus, qui ad illud tenerentur secundum iura patriæ, Deputati Generalis Cathalonię, quibus ex debito officij incumbit vigilare super obseruantia constitutionum, & iurium patriæ, consuluerunt Assessores, & Aduocatum Fiscalem Generalis, ac alios Doctores, si, prę suppositio quòd dominus Rex non prę stiterat adhuc suum Regium iuramentum in Ciuitate Barcinone iuxta formam *constit. 2. sub tit. de iuramen.* & priuilegia Ciuitatis, & aliàs, ius prædictum erat debitum, & poterat exigi absque violatione, & læsione Constitutionum generalium Cathalonię, & priuilegiorum particularium Barcinonę. Qui Assessores, & Aduocatus Fiscalis, ac Doctores applicati, communicato inter eos consilio, vnanimiter resoluerunt, dominum Regem (salua sua Regia clementia) non posse dictum ius coronagij in hoc Principatu exigere donec suum Regium iuramentum de obseruandis constitutionibus, ac alijs iuribus patriæ in Ciuitate Barcinone, iuxta formam iam dictæ *cõstit. 2.* & aliàs, præstiterit, teneriq; Deputatos opponere se petitioni dicti iuris coronagij, & procurare suspensionem executionis illius modo & forma solitis.

Insequendo votum prædictum, Deputati qui tunc erant, fecerunt plures diligentias, tam in Ciuitate Barcinone cum sua Excellentia & mini-

miniſtris Regijs,quàm etiam Madriti apud ſuam Mageſtatem, quibus executionem prædictam,quæ pro dicto iure coronagij tunc fiebat,impedierét,quo factũ fuit vt per multũ tẽpus ſuſpenſa de facto fuerit dicta executio,nec de exigendo iure prędicto tractatũ fuerit amplius de tẽpore ipſorum, ex reſolutione, vt creditur, capta in ſupremo Coronæ Aragonũ Concilio,prout conſtitit ex quadam epiſtola per Illuſtriſſimum Vicecancellariũ Excellentiſsimo Duci de Alcala tunc Locum tenenti Generali in prẽſenti Principatu tranſmiſſa.

Cũ autẽ nuper miniſtri Regij in hoc Principatu voluerint cõtinuare executionẽ, & exactionem dicti iuris Coronagij, Deputati qui nunc ſunt,cõcurrente in hoc voto triũ ſtamẽtorũ conuocatorũ die 14. Feb. 1624. vt poſſent monſtrare domino Regi iuſtitiam Principatus in pretenſione,quam habet,quòd illud non ſit debitum donec ſua Mageſtas ſuum Regium in Ciuitate Barcinone dignata fuerit præſtare iuramentum,poſt factas alias complures diligentias,iniunxerunt dictis Aſſeſſoribus,& Aduocato fiſcali Generalis,vt votum prædictum in iure fundarent,ac iuſtificarent. Quibus morem gerendo dicti Aſſeſſores, & Aduocatus fiſcalis Generalis,ſequẽtia in iuſtificationem dicti voti adduxerunt.

Ac inprimis, certum quidem eſt ius iſtud Coronagij,licèt ſolui ſoleat pro coronatione Regum,non tamen ſtatim atq; Rex aliquis coronatur,habet ius ad illud petendum, & exigendum à ſuis vaſſallis, & ſubditis,quia nulla lex eſt,quę ad id prẽciſè obliget,ſed á ſui principio fuit,& nunc eſt ius conſuetudinarium, ita vt non debeatur, nec exigi poſsit niſi ab his,qui conſueuerunt illud ſoluere, non ab alijs, pro vt probat clarè tex. *in l. vni. C. de auro corona. lib. 10. & ibi gloſ. & Lucas de Penna*, qui pulchrè dicit *ea l. probari non debere imponi ſubuentionem, vel tributum indici cum Princeps coronatur, vel pro ipſa corona, niſi ijs, qui ad præſtationem eius ſunt ex conſuetudine debitores, Bellug. in ſpecu. Princip. rub. 46. verſ. Sũt & alia, n. 1, noſter Cali. in extrauag. cur. caſ. 162. & Ioan. Soccar. in commemo. Pet. Alber. c. ſi aliquis dominus n. 102.* licèt loquatur de iure maritagij, de quo tamen,quo ad hoc, idem iudicatur quod de iure Coronagij, provt apparet ex *Cali. vbi ſupra.*

Quam naturam iuris conſuetudinarij retinet etiam in Cathalonia ius iſtud Coronagij,non obſtante quòd habeamus diuerſas ſuper eo factas diſpoſitiones in noſtris conſtitutionibus *in 1. & 2. vol. in illis tit. de coronag. y maridag.* quia nulla conſtitutio reperitur apud nos, quæ circa ſubſtantiam debiti dicti iuris Coronagij diſponat,ſed circa illius ſolutionem,& exactionem,præſupponendo illud eſſe debitum,præſupponere enim nõ eſt diſponere,& ideò fit quòd præſuppoſitum eſt aliun-

dè

dè verificandum *glos. in l. mancipia C. deser. fugiti. & ibi Bar. Beci. cons. 53. n. 7.* cum infinitis adductis per *Surd. cons. 150. n. 18. lib. 2. & decis. 39. n. 1. decis. 122. n. 14. decis. 276. n. 1. & deniq; decis. 289. n. 9.* & in terminis, quòd etiam in Cathalonia ius istud Coronagij sit ius consuetudinariũ, ac ex cõsuetudine, nõ aliàs in ea debeatur, docet *Cali. in loco suprà cita. in extra uag. cur. cas. 102.* vbi loquẽs de iuribus coronagij, & maridagij, dicit de generali obseruãtia Cathalonię esse illa debita, & *ex cita. l. vni. C. de auro corona.* probat hæc iura potuisse in Cathalonia introduci, sicut introducta fuere, & *Ioan. Soccar.* idẽ etiã dicit *in allega. c. si aliquis dominus n. 102.* licèt non desint ex nostris, qui de dicta consuetudine non bene sentiãt, vt est apud *Thom. Mier. in cur. Barcin. Reg. Marti. col. 8. cap. 9. de quæstijs & deman. nu. 2. & 3. fol. 72. in 2. par.*

Vndè infertur, quòd si istud ius est consuetudinarium, non potest exigi nisi eo modo quo exactum est, & seu exigi consuetum, quia notum est consuetudinem tantum habere de potentia, quantum de actu, & vsu, & non vltra, *l. 1. §. si quis hoc interdicto, vbi Bar. not. ff. de itine. actuq; priua.* & non extenditur de vna persona, casu, vel re ad aliam, *Bal. in l. fin. C. vtriusq; iudi. Nat. cons. 96. n. 2. Craue. cons. 30. n. 9. Bec. cons. 13. n. 14.* Et est probanda in eadem specie, & concurrentibus eisdem qualitatibus, aliàs non sufragatur, provt pluribus totum hunc discursum probat *Surd. decis. 131. n. 8.* optimè idem *Surd. cons. 308. n. 1.* vbi dicit in simili quòd ex quo iura feudalia fundata sunt super consuetudine, & dicuntur consuetudines, & consuetudo non extenditur de casu ad casum, nec in ea debet aliquid suppleri vltra solitam obseruantiam, & quod si cõsuetudo nõ disponit, nec nos disponere debemus, ideò prætendi non debet, quòd dicta iura feudalia habeant locum nisi in casibus practicatis, & obseruatis, quod idem confirmat *cons. 371. ex n. 2.* & *Bec. cons. 99. n. 18.* Idem *Surd. cons. 262. n. 11.* vbi ait consuetudinem, ex quo est stricti iuris, restringi ad actum consuetum, quo quis est vsus, faciunt quæ docent *Pereg. cons. 102. n. 30. vol. 1. Gracia. discep. foren. 88. n. 18.* & *Rota Roma apud Farina. decis. 288. n. 4. li. 1. in recencior.* quòd consuetudo est actus practicus, ideò non debet habere maiorem potentiam, quàm vsus ei concesserit.

Quę maximè procedunt in exactione, & solutione vectigalium, & tributorum, in quibus est semper consuetudo, & obseruantia præterita particulariter attendenda, per *l. missi opinatores C. de exactor. tribut. li. 10. Petra de posta. Princip. c. 4. pag. 1. nu. fin. Pereg. cõs. 102. n. 11. vol. 1. Berthaso. cons. 27. n. 10. Surd. cons. 289. n. 13.* cum alijs adductis per *Calix. Ramirez in tracta. de lege Regia §. 26. n. 4.* optimè Paris. cons. 25. n. 54. vol. 1. vbi post *Ang. in cons. 9.* inquit, in huiusmodi oneribus attendi debere consuetu-

dinem, & antiquam obseruantiam, & practicam, & in his nihil innouari debere contra antiquam consuetudinem, vt in *l. cum satis* §. *caueat C. de agricol. & censitis lib. 11.*

Sed sic est, quòd non constat ius istud fuisse vnquam exactum ante præstitum iuramentum in Ciuitate Barcinone, sed post, provt est in Catalonia publicum, & notoriũ, & ideò est probatio probata, vt post *Bald.* concludit *Marsil. in rub. C. de proba. n. 198.* & perindè habetur, ac si super ea pronunciatum esset, quia notorium vim habet sententiæ, pro vt pluribus in his terminis cõsuetudinis notorię, probat *Surd. cons. 371. n. 44. vol. 3.* Et quando contrarium prætenderetur, quòd prętendi non potest, probandum esset, vt per *Bar. in l. 2. n. 27. C. quæ sit longa consuetudo, Rolan. cons. 32. n. 23. Meno. cons. 37. n. 92. Bec. cons. 2. in fi. Surd. cons. 351. n. 24.* Qui enim ius speciale allegat, illud probare tenetur, *c. contra morem, distin. 100. c. cum & plantare, de priuil. latè Rossensal. de feud. c. 7. conc. 25. in ad di. lit. B.* Et consuetudinis probatio in specie semper, & in casu de quo agitur præstanda est, *Meno. de recupe. possess. remed. 9. n. 253. Craue.* multis *cons. 96. n. 4.* cum alijs adductis per *Rossensal. de feud. c. 9. memb. 1. conc. 58. n. 34.* Sequitur ergo quòd cum adhuc dominus Rex non iurauerit, nõ poterit (salua sua clementia) ius prędictum exigere.

Accedit his, quòd sic videmus fieri, ac obseruari in iure maritagij, quod pari passu cum isto ambulat, vt patet in illis titulis, *de coronag. & maritag. in nostris constit.* & in corpore illorum, quod quidem maritagij ius non solet in Cathalonia exigi nisi postquam est reuerà, & cum effectu sequutum matrimonium, provt etiam est de iure, sicuti probat plenè *Vincen. de Fran. decis. 42. ex n. 3.* reddẽs rationem *n. 5.* quia (inquit) adiutoriũ vt debeatur, requiritur perfectio actus, *Cassane. in consuetu. Burgun. tit. de iustices, rub. 1. in vers. Le droit de indire nu. 11.*

Secunda ratio, ob quam dicimus dominum Regem, salua sua clemẽtia, non posse exigere istud ius Coronagij antequam suum Regium, ac solemne iuramentum in Ciuitate Barcinone præstiterit, quæ omnem omninò dubitandi locum tollit, & omnes nebulas abstergit, desumitur ex instrumento venditionis Bouatici factę per Serenissimum Regem Iacobum II. *prid. non. Februa. 1299.* quod vim cõstitutionis sine dubio habet, cum expressa *constit. 2. tit. Bouatge, y remissio de aquell,* fuerit confirmatum per eundem Serenissimum Regem Iacobum Secundum, in quo instrumento legitur clausula sequens.

Præterea ex certa scientia volumus, & concedimus vobis, & vestris, & omnibus alijs, & singulis supradictis specialiter, vel generaliter dictis, seu nominatis, & notario infrascripto nomine vestro, & aliorum omnium, & singulorum supradictorum generaliter, & specialiter nominatorum à nobis legiti

mè

mè ſtipulanti, paciſcenti, & recipienti, & perpetuò ordinamus per nos, & omnes hæredes, & quoſcunq; ſucceſſores noſtros, quòd ſucceſſores noſtri in Comitatu Barcinone, & in Cathalonia, tam generaliter, quam ſpecialiter, vnus poſt alterum ſucceſsiuè, tempore ſui noui dominij, ſeu nouæ ſucceſsionis, antequam Richi homines, Milites, Ciues, & Burgenſes, & homines villarũ, & aliqui alij Cathaloniæ ſibi faciant, ſeu præſtent iuramentum, ſeu fidelitatẽ, vel ſibi in aliquo reſpondeant, & antequam aliquis requiſitus expreſsè, vel non requiſitus, ſibi faciat, vel facere teneatur homagium, vel aliquam recognitionem ratione feudorum, vel qualibet alia ratione, ipſe ſucceſſor noſter, & noſtrorum in Comitatu Barcinone, & Cathalonia, quicunq; fuerit generalis, vel ſpecialis, per ſe & ſuos laudet, & confirmet, & iuret publicè, & approbet præſentem venditionem, abſolutionem, diffinitionem, & remiſsionem Bouagij, Terragij, & Herbagij, & actionis, & vexationis, & iuris eorum, cum publico inſtrumento. Et vſquequo prædictam laudationem, & confirmationem, & iuramentum, & approbationem prædictorum omnium fecerit cum publico inſtrumẽto, aliquis de prædictis ſupra generaliter, vel ſpecialiter dictis, ſeu nominatis, vel eorum ſucceſſores non teneantur ei reſpondere in aliquo. Et ſi per aliquem cuiuſcunq; conditionis, ſeu ſtatus exiſteret, ſacramentum fidelitatis, vel homagium, ſeu alia quæuis obligatio facta eſſet antequam prædicta, vt eſt dictum, laudata, approbata, & iurata eſsent per nouum quemuis dominum, non valerent, & pro non factis penitus haberentur.

In quo inſtrumento, vt ibi apparet, idẽ Sereniſsimus Rex Iacobus facit aliam ſimilem promiſsionẽ nomine ſucceſſorum ſuorum, quem admodum *in conſt. 2. ti. de iuram. axi voluntari, & c.* de laudando, & approbando venditionem dicti iuris Bouatici tempore ſui noui dominij ſeu nouæ ſucceſsionis, non ſolùm antequam eis homines Cathaloniæ faciant, ſeu præſtent iuramentum, ſeu fidelitatem, vt dicebatur & diſpoſitum erat *in cita. conſtit.* 2. ſed etiam antequam in aliquo eis reſpondeant, & quouſq; dicta laudatio & approbatio iurata publicè facta fuerit cum publico inſtrumento, non teneantur homines prædicti eis reſpondere in aliquo.

Quæ quidem verba, licèt aliquando difficultatem habuerint quo ad iuriſdictionem, ſi importabant, quòd nec reſpectu illius tenerentur Catalani Regi reſpondere, donec prædicta facta eſſent ex parte ſuę Mageſtatis, de quo núc non agimus, verùm, quod attinet ad reſponſiones pecuniarias, quas à ſubditis aliàs poſſet dominus Rex exigere, nõ videtur res hæc poſſe aliquam vel illam quidem minimam, habere difficultatem: non enim negari poteſt, quin verbum, *Reſpondere*, in dicta clauſula toties repetitum habeat ſaltem hanc ſignificationem, *ideſt nihil debeant, aut teneantur ei ſoluere*, ſecundum quod interpretatur *Cicero lib. 16. ad Atti-*

ad Atticum, vbi dicit, *respondere dici debitorem cum soluit, & è contrario, non respondere cum non soluit*, & de hoc est *tex. clarus in l. si seruus plurium 53. §. 1. ff. de lega. 1.* ibi, *respondebit igitur & legatarijs, & creditoribus*, quid enim aliud verba prædicta importare possunt, quàm quòd teneatur hæres soluere, tam legatarijs quàm creditoribus sua legata, & credita respectiuè? Et declarat optimè *Bal. in l. eam quam ante nu. 1. C. de fideicom.* ibi, *respondere, idest satisfacere, ergo* (inquit) *ille qui promittit respondere certo loco, promittit soluere, &c.* Et quid aliud possent hęc verba, *non teneantur ei in aliquo respondere*, operari si istud non operarentur? superflua sine dubio forent dicenda, ac superfluè posita forent iudicanda, quod esset absurdum, *l. si quando, delega. 1. l. 1. in prin. quod met. caus. l. 1. in fin. ad municipal. cũ simil.* maximè vbi non semel, sed geminatis vicibus, provt hic, prædicta verba expressa fuere, quæ geminatio enixam denotat ad id quod dicitur, voluntatem, & semper ampliat potiùs effectum, ad cuius finem verba interponuntur, *l. balliſta, ad trebel. l. fructus C. de actionib. emp. c. eam te de rescrip.* latè *Carol. de Gras. excep. 14. nu. 23.* Et etiam maximè in nostro casu, in quo inter alia ponuntur illa verba, *vel aliquam recognitionem ratione feudorum, vel qualibet alia ratione, facere*, cum enim dictioni, *alia*, iungatur dictio vniuersalis, *qualibet*, fit vt omnis omninò recognitio, & responsio comprehendatur, *l. 1. ff. delega. 1. cum simil. Surd. decis. 96. n. 10.* qui latè probat. Et finaliter non potest negari, quin totum quod dici poterat, dictum sit in dicta Bouagij scriptura per supradicta verba, ac etiam per illa toties repetita, *antequam ei in aliquo respondeant, non teneantur ei in aliquo respondere*, vnde dicendum est non fuisse intentionis aliquid excludere, sed omnia comprehendere voluisse, quia qui totum dicit, nihil excludit, *l. si cui, in prin. delega. 1. l. Iulianus, de lega. 3, Anton. Mona. decis. Floren. 71. nu. 1.* Iustum ergo est teneamus, dominum Regem, dum non iurauerit, non posse, salua sua clementia, aliquam contributionem à Cathalanis exigere.

Sed quid in his hæsitamus? cum habeamus iam ex parte domini Regis declaratum hunc articulum in fauorem Principatus, & concessum quod nunc prætenditur, cùm enim tractaretur anno proxime elapso, si dominus Rex, salua sua clementia, poterat nominare Locumtenentem, & Capitaneum Generalem in hoc Principatu ante suum Regium iuramentum, & allegarentur pro iustitia Principatus verba iam relata, *non teneantur in aliquo ei respondere*, posita in carta venditionis Bouatici, existimando per ea intelligi, quòd neq; ad admittendũ Locuntenentem poterat cogi Principatus, prodierunt in lucem quædam iuris allegationes impressæ nub nomine Aduocati Fiscalis in supremo Coronę Aragonũ Concilio, & manu illius propria firmatæ, quę incipiunt, *En el mismo punto, &c.*

ro, &c. in quibus totus is egregius vir fuit in fundando iustitiam suæ Ma-
gestatis in illo facto, & in satisfaciendo fundamentis, & rationibus Princi
patus contentis in diuersis allegationibus pro eo editis. Et volendo satisfa-
cere particulariter fundamẽto, quod fiebat pro parte Principatus in prędi
ctis verbis vẽditionis Bouatici, *non teneantur in aliquo respõdere*, sic *pag.* 10. ait.

Ni obsta tampoco lo que se lee en la venta del Bouage, que hizo el mismo Señor Rey don Iayme el Segundo al Principado de Cathalunya, donde dize, q̃ hasta que el succesor q̃ entrare à reynar, aya hecho las cosas cõtenidas en la dicha constitucio, no sean obligados los vassallos prestarle dicho juramento de fidelidad, nec in aliquo respondere, queriendo interpretar aquellas palabras, in aliquo respondere, tã anchamente, que comprehendan no admitir ministros, para q̃ exerciten la jurisdicion antes q̃ el Rey aya jurado. Porque se responde que dicha palabra, respondere, conforme à la materia de que se trata, quiere dezir, dar, ò pagar, Bal. per illum tex. in l. eam quã ante nu. 1. C. de fideicom. l. si seruus plurium 50. §. 1. de lega. 1. y se ha de restringir à lo razonable, Alex. Rauden. de analog. c. 4. n. 18. vbi confirmat, &c.

Deinde dicitur in eodem memoriali. *Y assi la verdadera interpretacion de dichas palabras es, q̃ hasta que el Rey aya jurado en Cataluña, y confirmado la remissiõ del derecho del Bouage, no le ayã de pagar cosa alguna por razõ de lo q̃ alli se trata, &c.* Nibil clarius & fortius in fauorẽ prętẽtionis Principatus poterat adduci, quã quod semel fuit pro parte domini Regis concessum, & appro batum. Quod forsan fuit in causa vt in exactione, & executione dicti iu-
ris coronagij fuerit supersessum, vt suprà dictũ est. Nulla ergo ratio vide-
tur quòd illud idem nunc Principatui denegetur.

Restat satisfaciamus cuidã dificultati, quę circa supradicta, tametsi sine aliquo fundamento, moueri posset, dicendo quòd domino Regi iã fuit ad-
missus ne dum semel, sed & bis Locumtenens Generalis ante iuramẽtum, & nunc Prouincia gubernatur in omnibus & per omnia, ac si dictum iura-
mentum esset pręstitũ, vnde videtur quòd sicut principale est concessum, nempe exercitium iurisdictionis, concedi etiam debet exactio istorum iu-
rium, quæ est res minùs principalis. Nec dicere debemus vnam & eandem rem diuerso iure censeri, quòd scilicet dominus Rex quo ad exercitiũ iu-
risdictionis tractetur, & habeatur, ac si iuramentum pręstitisset, quo ad exa ctiones verò iurium sibi debitorum non, contra *l. iam hoc iure, de vulga.* Nec aliqua protestatio quę sit facta per Principatum videtur in hoc casu suffra gari posse, cum dicenda sit contraria facto, quę nihil operatur *c. cum M. Fer rarien. de consti. c. solicitudinem, de apella. cum simil.* Sicut in simili videmus ni-
hil operari protestationem domini directi factam in actu receptionis cano num post declaratam caducitatem, quòd recipit sine preiuditio deuolutio nis, seu caducitatis, considerant enim Doctores incompatibile esse quod pensio recipiatur pro tempore decurso post caducitatem, & quòd saluum sit ius caducitatis, & consequenter quòd quis eodem tempore habeatur

pro

pro emphyteuta, & pro non emphyteuta, quod latè proſequuntur *Cardin. Manti. deciſ. 200. & Hercul. Mareſco. var. reſolu. li. 2. c. 137. nu. 65.*

Reſpondemus enim, quòd dictæ admiſsiones Locumt. Generaliũ fuerunt factę ſine animo præiudicandi, vel quidem in minimo, iuribus patrię, quod apertè demonſtrant tot proteſtationes, quę factę fuere in dictis binis admiſsionibus Locumt. Generalium cum expreſsis, & repetitis clauſulis quòd eſſet pro hac vice tantùm, & quòd nõ poſſet trahi in cõſequentiam, quę quidem proteſtationes vltra quod ius conſeruant, declarant etiam mẽtem, ad not. *per Bald.* & cęteros *in l. non ſolum, §. morte, de noui oper. nunciatio. c. cum M. Ferrarienſis, de conſt. Cæs. Barzi. deciſ. Bononien. 86. n. 48.* Et præterea proteſtationes prædictę reddunt quidquid agitur conditionale, & ſic operantur quòd quatenus inferatur præiuditium, ſit ac ſi actus non fuiſſet factus, prout *ex Puteo deciſ 32. n. 1. lib. 2. & ex alia deciſ. Rotæ*, quam allegat, probat *Hercul. Mareſco. var. reſolu. lib. 2. c. 137. nu. 2.* & in noſtris terminis *Oliba in vſat. alium namq; c. 6. nu. 16.*

Maximè in hoc caſu, in quo concurrit etiam voluntas domini Regis cũ proteſtatione, & voluntate Principatus, qui in prædictis caſibus dignatus fuit reſcribere Principatui antequam actus fierent, quòd non erat ſuę intẽtionis pręiudicare illius cõſtitutionibus & iuribus, per illos actus, quos volebat fieri debere ante iuramentum, imò illas & illa volebat remanere illeſas, & illeſa Principatui, prout ſignanter conſtat ex littera Regia ſcripta Deputatis pro nouiſsima admiſsione Excellentiſsimi Don Ioannis Sentis in Locumt. Generalem. Dat. in Molinillo die 11. Nouemb. 1622. prouti habetur in proemio dictarum proteſtationum: propter quòd inter alia dictus Excellentiſsimus Locumtenens admiſſus fuit, vt ibi apparet: quando enim in proteſtatis, & circa ea concurrit vtriuſq; partis voluntas, indubitanter proteſtatio ſaluat ius, & illud illæſum relinquit, iuxta theoricã *Bar. communiter approbatam in cita. l. non ſolũ §. morte, de noui oper. nuntia.* propriùs in his terminis *Hiero. Gab. conſ. 47. n. 7. & 8. vol. 2. & Ceſar Barzi.* qui alios adducit *deciſ. Bonon. 56. n. 35.* Et in iſto caſu cum concurrit vtriuſq; partis voluntas, non conſideratur quòd proteſtatio ſit contraria facto, quia cum ambę partes conſentiunt, actus ſecundum proteſtationem limitatur, Gab. & Barzi. vbi ſupra.

Ex quibus videtur indubitatum, dominum Regem (ſalua ſua Regia clementia) non poſſe ius coronagij in hoc Principatu exigere antequam ſuũ ſolemne iuramentum in Ciuitate Barcinone iuxta conſtitutiones Cathalonię, & alia iura patriæ præſtiterit, atq; ita exiſtimamus Aſſeſſores, & Advocatus fiſcalis Generalis Cathalonię ſubſcripti, Saluo, &c.

P. Pla Aſſeſſor. *Marti Fiſci Gen. Aduoc.* *Fontanella Aſſeſſor.*

IESVS MARIA.

IVRIS ALLEGATIO IN DEFENSIONEM VOTI

PER ASSESSORES, ET ADVOCATVM FISCALEM Generalis Cathaloniæ, & alios Doctores redditi pro prætensione Principatus circa exactionem iuris Coronagij.

CVM publicata de anno 1622. in hoc Principatu essent edicta Regia, quibus ius coronagij, de quo agitur *in tit. de coronati. & maridag. in 1. & 2. vol constitu.* solui iubebatur ab omnibus, qui ad illud tenerentur secundum iura patriæ, Deputati Generalis Cathalonię, quibus ex debito officij incumbit vigilare super obseruantia constitutionum, & iurium patriæ, consuluerunt Assessores, & Aduocatum Fiscalem Generalis, ac alios Doctores, si, prę suppositio quòd dominus Rex non prę stiterat adhuc suum Regium iuramentum in Ciuitate Barcinone iuxta formam *constit. 2. sub tit. de iuramen.* & priuilegia Ciuitatis, & aliàs, ius prædictum erat debitum, & poterat exigi absque violatione, & læsione Constitutionum generalium Cathalonię, & priuilegiorum particularium Barcinonę. Qui Assessores, & Aduocatus Fiscalis, ac Doctores applicati, communicato inter eos consilio, vnanimiter resoluerunt, dominum Regem (salua sua Regia clementia) non posse dictum ius coronagij in hoc Principatu exigere donec suum Regium iuramentum de obseruandis constitutionibus, ac alijs iuribus patriæ in Ciuitate Barcinone, iuxta formam iam dictæ *cõstit. 2.* & aliàs, præstiterit, teneriq; Deputatos opponere se petitioni dicti iuris coronagij, & procurare suspensionem executionis illius modo & forma solitis.

Insequendo votum prædictum, Deputati qui tunc erant, fecerunt plures diligentias, tam in Ciuitate Barcinone cum sua Excellentia &

miniſtris Regijs,quàm etiam Madriti apud ſuam Mageſtatem, quibus executionem prædictam,quæ pro dicto iure coronagij tunc fiebat,impedierẽt,quo factũ fuit vt per multũ tẽpus ſuſpenſa de facto fuerit dicta executio,nec de exigendo iure prędicto tractatũ fuerit amplius de tẽpore ipſorum, ex reſolutione, vt creditur, capta in ſupremo Coronæ Aragonũ Concilio,prout conſtitit ex quadam epiſtola per Illuſtriſſimum Vicecancellariũ Excellentiſsimo Duci de Alcala tunc Locum tenenti Generali in prẽſenti Principatu tranſmiſſa.

Cũ autẽ nuper miniſtri Regij in hoc Principatu voluerint cõtinuare executionẽ, & exactionem dicti iuris Coronagij, Deputati qui nunc ſunt,cõcurrente in hoc voto triũ ſtamẽtorũ conuocatorũ die 14. Feb. 1624. vt poſſent monſtrare domino Regi iuſtitiam Principatus in pretenſione,quam habet,quòd illud non ſit debitum donec ſua Mageſtas ſuum Regium in Ciuitate Barcinone dignata fuerit præſtare iuramentum,poſt factas alias complures diligentias,iniunxerunt dictis Aſſeſſoribus,& Aduocato fiſcali Generalis,vt votum prædictum in iure fundarent,ac iuſtificarent. Quibus morem gerendo dicti Aſſeſſores, & Aduocatus fiſcalis Generalis,ſequẽtia in iuſtificationem dicti voti adduxerunt.

Ac inprimis, certum quidem eſt ius iſtud Coronagij,licèt ſolui ſoleat pro coronatione Regum,non tamen ſtatim atq; Rex aliquis coronatur,habet ius ad illud petendum, & exigendum à ſuis vaſſallis, & ſubditis,quia nulla lex eſt,quę ad id prẽciſè obliget,ſed á ſui principio fuit,& nunc eſt ius conſuetudinarium, ita vt non debeatur, nec exigi poſsit niſi ab his,qui conſueuerunt illud ſoluere, non ab alijs, pro vt probat clarè tex. *in l. vni. C. de auro corona. lib. 10. & ibi gloſ. & Lucas de Penna*, qui pulchrè dicit *ea l. probari non debere imponi ſubuentionem, vel tributum indici cum Princeps coronatur, vel pro ipſa corona, niſi ijs, qui ad præſtationem eius ſunt ex conſuetudine debitores, Bellug. in ſpecu. Princip. rub. 46. verſ. Sũt & alia, n. 1. noſter Cali. in extrauag. cur. caſ. 162. & Ioan. Soccar. in commemo. Pet. Alber. c. ſi aliquis dominus n. 102.* licèt loquatur de iure maritagij, de quo tamen,quo ad hoc, idem iudicatur quod de iure Coronagij, provt apparet ex *Cali. vbi ſupra.*

Quam naturam iuris conſuetudinarij retinet etiam in Cathalonia ius iſtud Coronagij,non obſtante quòd habeamus diuerſas ſuper eo factas diſpoſitiones in noſtris conſtitutionibus *in 1. & 2. vol. in illis tit. de coronag. y maridag.* quia nulla conſtitutio reperitur apud nos, quæ circa ſubſtantiam debiti dicti iuris Coronagij diſponat,ſed circa illius ſolutionem,& exactionem,præſupponendo illud eſſe debitum,præſupponere enim nõ eſt diſponere,& ideò fit quòd præſuppoſitum eſt aliun-

dè

dè verificandum, *glos. in l. mancipia C. deser. fugiti. & ibi Bar. Beci. cons.* 53. *n.* 7. cum infinitis adductis per *Surd. cons.* 150. *n.* 18. *lib.* 2. *& decis.* 39. *n.* 1. *decis.* 122. *n.* 14. *decis.* 276. *n.* 1. *& deniq; decis.* 289. *n.* 9. & in terminis, quòd etiam in Cathalonia ius istud Coronagij sit ius consuetudinariũ, ac ex cõsuetudine, nõ aliàs in ea debeatur, docet *Cali. in loco suprà cita. in extra uag. cur. cas.* 162. vbi loquẽs de iuribus coronagij, & maridagij, dicit de generali obseruãtia Cathaloniæ esse illa debita, & *ex cita. l. vni. C. de aure corona.* probat hæc iura potuisse in Cathalonia introduci, sicut introducta fuere, & *Ioan. Soccar.* idẽ etiã dicit *in allega. c. si aliquis dominus n.* 102. licèt non desint ex nostris, qui de dicta consuetudine non bene sentiãt, vt est apud *Thom. Mier. in cur. Barcin. Reg. Marti. col.* 8. *cap.* 9. *de quæstijs & deman. nu.* 2. *& 3. fol.* 72. *in* 2. *par.*

